

Johann Quistorp Jacobus Cobabus

Exercitationum Theologicarum I. De Scriptura Sacra


Rostochii: Kilius, 1650

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741198800>

Druck Freier  Zugang



R u. Med 1650
Quisberg, Johann
Vnt Lobatus, Jakob



EXERCITATIONUM THEO-
LOGICARUM

I.

De

SCRIPTURA
SACRA,

In qua,

Divinâ operante gratiâ,

P R Æ S I D E

JOHANNE QUISTORPIO

S. S. Theol. Doct. Prof. Publ.

& Eccles: Jacob:

Respondebit.

JACOBUS COBABUS

Wismariensis

In Auditorio Majori, horis matutinis.

III. Augusti, Anno clæ Iæc Læ



ROSTOCHIL,

Typis NICOLAI KILLII, Acad. Typogr.



EXERCITATIONUM THEO-
LOGICARUM

SCRIPTURA
SACRA

Divinae operum gratia
PRAESIDE

IOHANNES QUISTOPHIO

et Doctoris

et beati Jacobi

respondentis

JACOBI GÖBBERS

Wilmshelmensis

in Auditorio Universitatis Rostochensis

III Augusti Anno etc etc etc



ROSTOCKUM

THEO. ACCOM. K. A. M. T. P. P.



I. N. I.

De Scriptura sacra

THESIS I.



Quidam, qui Theologiam practicam di- Resp.
cunt, ordiuntur tractationem Theologicam à fine, JA COBUS
nempe Vitâ aternâ. Alij à potiori objecto, Deo; alij COBABUS
indiscriminatim & pro placito locos communes Wilsmar.
Theologicos disponunt. Nos auspice Deo, cum ple-
risq; Theologis initium facimus à Scripturâ sacrâ,
unico Theologiae principio: nunc autem principij ἐργασία de jure sibi
vendicat locum primum, cum ex ejus cognitione reliqua deducantur.

§. 2. Scriptura sacra Rom. I. 2. est doctrina Dent. IV. 36. Prophetarum, & Apostolorum libris comprehensa, Rom. I. 1. 2. quam Spiritus sanctus iis scribendam tanquam suis manibus imperavit, II. Tim. III. 16. II. Pet. I. 21. in aeternam salutem mortalium Joh. XX. 31. Et hæc est scriptura Spiritus Sancti, ut sit communis medica animarum officina, Basiliius in initio Psalmi primi.

§. 3. Hæc Epistola Creatoris ad suam Creaturam, in Legem & Evangelium dividitur, quam divisionem probat *Johannes Tarnovius variâ argumentis ad caput. 10. Hosea*. Agnoscit autem libros Veteris & Novi pacti ἡ γὰρ ἐπαγγελίας & καὶ ἡ ἀποκαλύψεως juxta Paulum ad Gal. III. 17. 23. Quæ aliàs sit Veteris & Novi Testamenti differentia vide *Chemnit. L. C. part. 3. à p. m. CXI & disp. 18. Tom. 4. Giff. pres. Winkelm.*

§. 4. Hic porro reperiantur scripta *Canonica* s. Catholica à veteribus γῶσι ἀναμφίλεκτα ἐν διάθηκα & ὁμολογούμενα, *Athanasij* stylo in Synopsi, sustentacula & ancora fidei nostræ, vel juxta *Epiphanium* testamentaria, vel potius *Augustinum* utriusq; Testamenti ubera, è quibus germani ecclesiæ libri τὸ λογικὸν ἄδελον γάλα sugunt, ut in Christo adolescant, indigitata, ut sint ad instar normæ fidei & morum Philipp. III. 16. Et *Apocrypha* hoc est secreta, quæ in dubium veniunt *Isidor. Orig.*

A

lib. 6.

lib. 6. cap. 2. ἀμφίλεκτα Eusebio dicta, non testamentaria, quæ publicè non legebantur & in probationem dogmatum fidei non citabantur, ut habet Hieron. in præfatione librorum Salomonis, & Ludovicus Voss ad cap. 12. lib. 25. de civitate Dei. Non quod vult Glossator Decreti ad cap. Canon. dist. 16. Apocrypha Solum illa esse scripta, quæ sunt sine Autore, cui ipse Andradius contradicit, cum & inter Canonicos libros quidam sint, quorum scriptores ignorentur.

§. 5. Alias adhuc Hieronymus aliquos libros S. Scripturæ nominat Canonicos primi ordinis, secundi ordinis &c. vel protocanonicos, deuterocanonicos, tritocanonicos &c. Rainoldus in Censur. lib. Apocryph. part. 2. præf. 38. pag. 353. in libros πρωταληθῆς & δευτεροαληθῆς, Euseb. Hist. Eccles. lib. 3. cap. 3. hic tres classes facit, ut alij sint γνήσιοι καὶ ἀναμφίλεκτως ἐνδιάθετοι, alij ἀντιλεγόμενοι ὑπὸ πᾶν, alij ἀντιλεγόμενοι ὑπὸ πάντων. Augustinus autem quandoq; strictius, quandoq; latius usurpat vocem canonici libri. Ratione rerum quæ pertractantur in singulis libris scripturæ; ostendi in Bibliis Basiliensibus Johannū Froben de Hammelburg Anno 1514. quosdam libros esse poeticos. 2. Chronicos. 3. Hymnicos. 4. Propheticos s. declamatorios. 5. dialecticos s. disputatorios. 6. Ethicos s. consultatorios. 7. Testimoniales. 8. Epistolares s. destinativos, quo & Acta spectant ad Theophilum scripta.

§. 6. Canonici libri Vet. Testamenti sunt, qui veniunt vel Mosis, Psalmorum vel Prophetarum nomine Luc. ult. 44. vel Legis, prophetarum & Psalmorum Matth. VII. u. 22. Hebræi secant eos in כתובים וספרי וספרי וספרי & כתובים, qui libri ad hanc vel illam classem spectent, ostendit Gerhardus Tom. 1. de S. sacra c. XI. In quibusdam editionibus legi, quam πέντε πεντάδας νόμος s. חמשה חמשה ושמנה vocant, postponunt חמשה מצלות (qui dicuntur etiam libri festivitatum: nam legebant hos statis temporibus ac festis, ut festo Paschatis Canticum Canticor. in festo Septimanarum Ruth, in Tabernaculorum Ecclesiasten: die nono mensis quinti quo templum à Nebuzkadnezare exustum, Threnos Jeremiæ: diebus Purim legunt Esther, in memoriam liberationis à crudelitate Hamanis.) deinde כתובים נבאים tam priores quam posteriores, & ultimo loco ἀγιόγραφα כתובים.

§. 7. Libri Canonici V. T. qui Judæis concediti fuerunt vid. apud Joseph. lib. 1. contra Appionem Ed. Aurel. p. 1036. & in seculo secundo Melitio,

Melitonem Sardanensem Episcopum apud Euseb. Hist. Eccl. l. 4. c. 27. In tertio seculo Nazianzenum, qui carmine graeco hoc solum exprimit: In quarto xvo Athanasium tom. 2. operum in synopsi. Scripti. Paris. edit. p. 55. Hi omnes vixere ante Innocentium primum, seculo quinto florentem. Sunt autem hi libri in Canone 59. Laodicensi Concilij sect: IV. recensiti. Mosi quinque libri, Josue liber, Judicium, Ruth, Regum quatuor, Paralipomenon duo, Esdrae duo, Esther, Jobus, Psalmi, Salomonis Proverbia, Ecclesiastes, Canticum canticorum, quatuor Prophetæ majores & 12. minores. Et hunc Catalogum Doctores ad numerum 24. retulerunt, quot fuerunt seniores Apoc. cap. 4. & 5. Alij illos modo in 22. modo in 27. libros partiebantur, quia tot sunt Hebraeis $\chi\acute{\alpha}\rho\alpha\kappa\tau\epsilon\alpha$ ut habet R. Moser Maimonius filius, & Hieron. in prolog. Galeato.

§ 8. Reliqui vero sunt Apocryphi, ut liber Tobiae, Judith, tertius & quartus Esdrae, supplementum Esther. Oratio Manassis, Epistola Jeremiae Baruch annexa, Liber sapientiae, Syracides. Supplementum Danielis & libri Maccabaeorum, Conciliabulum Tridentinum sess. 4. Anno 1546. 5. April. hoc libros Canonicos s. Propheticos vocat, cum tamen Bellarminus de verbo Dei lib. 1. cap. 10. adserat: Hi libri simul omnes rejiciuntur ab Hebraeis, ut B. Hieronimus testatur in prologo Galeato: quod etiam constat ex Josepho cont. Appion. lib. 1. quibus tamen $\pi\acute{o}\lambda\omicron\gamma\iota\alpha$ τῆς $\delta\epsilon\acute{\iota}\xi$ Rom. cap. III. 1. concedita, qui sunt nostri scrinarii, bajulantes legem & Prophetas, juxta Augustinum lib. 13. conf. Faustum c. 23. Non E. canon Papisticus nos stringet. (2) Et quid ni Apocryphi essent, cum post ultimum Prophetam Malachiam, juxta Josephum sint scripti, quod testatur Genebrardus in Obrol. ad An. mundi 3638. & Anno 3440. Ex quo fundamento arbitror Robertum controvers. T. 1. lib. 1. cap. ult. lib. 4. Esdrae non Canonicum statuisse, quia post Artaxerxis Longimani tempora scriptus adseratus, cujus Artaxerxis $\sigma\acute{\upsilon}\nu\chi\alpha\rho\omicron\nu$ Malachias fuit: non itaque hi libri ad latera arcae collocati fuerunt. (3) Nec à Christo vel Apostolis in N. T. sunt citati, quod tamen de supra dictis canonicis negari vix poterit, quod ostendi in disput. prima th. V. de Scriptura sacra, ante eronimium me praeside Rostochij habita. Licet forte brevitatis causa non citetur Esther, Abdias & Sophonias. Et Esther quamvis omittat Melito, arbitror cum Leidenfisibus disp. 3. th. 23. id factum esse ex errore, existimantes propter additamenta totum esse Apocryphum. Vel cum D. Calixto disp.

de Script: S. th. 25. propter affinitatem nominaum cum Esdras, librarium
omississe Esther, sive quod festinaret, utrumq; pro eodem haberet.

S. 9 (4) Libri V. T. de Messia testari debebant Joh. V. 39. sed in his
Apocryphis altum de Christo est silentium. 5. Reperiuntur quoq; in his
multa insulsa & Canonis adversa, videamus. *lib. MACCABÆOR: lib. I. cap. 4.* dicitur, templum fuisse purgatum jam fugato Lysia & biennio
ante obitum Antiochi Epiphaniis, at libro secundo cap. 10. hæc pur-
gatio innuitur post mortem Antiochi. Jejuna sunt quæ de Magistratu
Romano afferuntur I. Macc. 8, (6. malè I. MACCAB. c. 14. 42. ἀὐτὸς γὰρ
Razias commendatur. soletne Sp: S. veniam petere, si alicubi erraverit, &
quod sit 2. Macc. ult. nec est de nihilo quorundam conjectura, librum
secundum Maccab. esse epitomen libri profani *Jasonis Cirenæi*; quamvis
Cochlaus l. I. sect. 2. in sit. de libris Maccabæorum Josephum citet in
libro de Maccabæis constantissimè affirmatum, historiam Eleazari &
puerorum 7. cum matre, apud Hebræos in sacris scripturis haberi, quod
& scrupulum *Erasmo in præf. in Josephum de Maccab. libris* movit. Re-
spondeo hæc non reperi, in græco textu Josephi. plura qui hic scire volet
inspiciat *Rainoldum in censura Apocryphorum part. I. prælect. 8. pag. 81. in*
IV. libro ESDRÆ multa Talmudistarum somnia reperiuntur, ut de pisce
Enoch & Leviatan, quare & ipse *Bellarminus controvers. T. I. lib. I. cap. ult.*
de hujus libri Canonica autoritate dubitat. Apud TOBIAM Angelus men-
titur, si conferatur cap. XII. 15. cum cap. V. 15. & quomodo concilia-
bitur hic versus 15. cap. XII. ubi dicit 7. tantum angelos stare ante Dei fa-
ciem, cum tamen Daniel cap. VII. 10. aliquot mille Angelos facierum
numeret. Nonne magicum est cap. VI. hepate & corde piscis dæmonem
abigi. Conferatur saltem Vulgata latina cum Complutensi græcâ & dis-
fensiones infinitas offendetis. Latina cap. XIV. 2. dicit Tobiam mortuum
anno ætatis 102. græca c. 14. 13. Anno 158. Latina 7. liberos juniori To-
biæ tribuit, Græcus textus, 6. plura hic notavit D. Affelmannus in disput.
de S. sacrâ q. I. *JUD. c. IX. 34* laudatur id, quod vituperatur Gen. XLIX 5.
multa apud Holofernem mendacia dicuntur, & adhuc à Deo felix suc-
cessus mendaciorum petitur. Etiam de differentiâ editionum hujus libri,
jam suo tempore conqueritur valdè *Hieron. in prologo. BARUCH. c. VI. 2.*
ubi annos 70. statuere debebat, ibi judæis annos 700. in Babylonicâ
captivitate assignat. Et quomodo Baruch hunc librum quinquennio
post Hierosolymitanum excidium prælegere potuit Regi Iechoniæ &

toti

fori populo in Babiloniâ degenti, cum ex cap. 40. Hieremiæ constet
 Baruch juxta cum Hieremiâ in Ægypto captivos detentos fuisse. SAPI-
 ENTIE liber stilum Philonis Platonizantis innuit: quanquam cap. VIII.
 Salomonis scriptum censi veli, unde & in hanc sententiam quoq;
 venerunt Pontificij & imprimis *Costerus in Apolog. cont. Gomarum IX.*
 et. ut hoc negat *Hieronimus in prolog. libb. Salomonis.* STRACID. non se
 dignatur honore Prophetico in proximo, quem tamen invitum talem
 pronuunciant Papales. Aliàs quoq; errat, quod putet cap. XLVI 23 Samue-
 lem post obitum Vatem Sauli fuisse. contra l. Sam. XXVIII, vers. 3. & de
 Eliâ reditu cap. XLVIII. 30. erroneè loquitur, quia Malachiam c. 4. 3.
 malè intellexit. SUPPLEMENT: DANIEL. quicquid habet de Jojakimi su-
 bitaneis divitiis & durante captivitate Babylonica, annuo Judæorum
 magistratu, fabulosa sunt, apocryphum hoc scriptum esse lueulenter do-
 cent, & quod Danielis hæc additamenta Hebræi rejecerint, notat *Euseb.*
hist. Eccles. l. 6. c. 39. FRAGM. ESTHER, non Prophetica sunt, cum Ha-
 man non sit Macedo ut volunt, sed potius ex stirpe Agag juxta Agag
 Amalekitarum Regis. Mittimus autem Pl. 151. & annexa v. 17. cap. 42.
 Job, cum sint manifestè falsa. Nihilominus tamen Conc. Trident: ana-
 themate fulcitòs hos libros canonicos pronuunciat.

§. 10. De libris Novi foederis, Epistola ad Hebræos, Jacobi, posteriori
 Petri, secunda & tertia Johannis, Jude & Apocalypsi quid senserit Lutherus
 ex ejus præfat: horum librorum constat. *Chemnit. in Exam. Concl. T. de*
Tradit. quid *Egidius Hunnius* in disp. quâdam de S. Scrip. th. 119. *Baldui-*
nus in refut. Catechismi Ariani. *Hemmingius* de Methodis, lib. 2. pag. 124.
 & *Eckhardus* in fasciculo controvers. c. 1. quest. 4. notum est. Quod non
 pari canonicâ autoritate eos afficiant, ac 4. Evangelistas, Acta Apostolica
 & 14. Epistolas verè Paulinas. Esto quod dubitarint aliquandiu de illorum
 librorum autoribus, attamen ad fidei & morum dijudicationem, veluti
 reliqua Apostolorum scripta adhiberi posse & debere, nulli dubitamus.

§. 11. Unde autem nobis constet, Scripturam S. Prophetarum & Apo-
 stolorum, esse divinam & Canonicam non opus habemus cum Pontifi-
 cii mutare ab Ecclesiâ vel Papâ, & blasphemare cum *Cardinal: Hosio*
Tom. I. oper. advers. Brenzj prolegom: Sacram scripturam divinitus inspi-
 ratam, si auctoritate Ecclesiæ deferatur, non plus per se valere quam fa-
 bulas Æsopi: & iterare, quæ in *jure Canonico* identidem reperiuntur, Ec-
 clesiam esse supra scripturam. Cum tamen scriptura sit unicum princi-

pium scientificum in religione Christiana, quæ est omnium demonstra-
 tionum certissima. *Clemens Stromat. 7. & Gregor. de Valent. T. 3. in Them. cæ-*
dis. l. quest. 1. punc. 4. §. 2. fatentur, firmissimum esse argumentum per-
 suasionis, ipsum revelatum verbum; & principia hujusmodi aliunde non
 mutantur autoritate suam *Aristot. primo topicorum, in initio*: Quare es-
 iam multi solum per scripturam Ecclesie initiati sunt. Nonne Petrus
 Act. 2. concionibus suis aliquot myriades convertit? Idem, cum Eunu-
 cho Regina Candaces Act. 8. & Cornelio Act. 10. aliisque multis felici-
 ter peractum. Ita & per scripturam non Ecclesiam Vergerius Italus, quamvis
 susceperat adversus Apostatas Germanie, (ut nostrates tum adhuc vo-
 cabat) scribere, libellum repudii Papistis misit. Prot. Evangelium,
 post lapsum pronunciatum de Semine mulieris Gen. 3, 15. à quâ Ecclesia
 habuit autoritatem? Moses minantem decalogum Israelitis offerens,
 non prius suffragia à selectis desiderat. Et quomodo id, quod est sine er-
 rore, autoritatem veritatis impetrare potest ab eo, quod obnoxium est
 erroribus? sed scriptura est sine errore II. Tim. III. vers. ult. E à Concilio
 & Ecclesia, quæ obnoxia est erroribus Luc. XVIII. v. 8. quod patet ex sy-
 nodis in seculo quarto habitis, ubi in plerisque Ariana hæresis stabilita, au-
 toritatem veritatis impetrare non potest.

§. 12. Nec displicet *D. Waltheri* syllogismus, quem communiter hic
 adhibere solet. Quicquid in uno eodemque scibili tantum est principia-
 tum, illud in eo nullo respectu potest esse principium. Quia effectus for-
 maliter nequit esse causa. Atqui consensus Ecclesie in scibili Theologico
 tantum est principiatum, quia dependet à scripturâ ut suo principio.
 (suffragante *Cyrillo Hierosol. Catech. 12. p. 248. meis commentis eugeor-*
doxiæ, non attendes, posses enim forte decipi, sed nisi de singulis Pro-
 phetarum testimonia acceperis, ne credas dictis) E. consensus Ecclesie
 in scibili Theologico nullo modo est principium. Patres veteres agno-
 scimus veritatis testes & indices, Scripturas verò & patrum & nostrum
 iudices. Et huc usque *Beharminum* laudamus, quod suis contradicat l. 2.
 de Concil. c. 12. Patrum scripta non esse regulas, nec habere autoritatem
 obligandi.

§. 13. Audiamus ipsum Sp. loquentem Joh. 5. 34. Ego non ab homi-
 ne testimonium accipio, & Sp. de suo verbo testificantem. I. Joh. V. 6.
 quid E. opus habemus cum E. in *enchirid. de autor. Ecclesia resp. 3. ad*
obj. heres. mentiri? Ecclesiam esse scripturis antiquiorem, & scripturam

NON

non esse authenticam, nisi Ecclesie auctoritate; quamvis hæc responsio Pontificiis mirificè placeat, ut ex marginali notâ apparet, ubi hoc argumentum Achilles dicitur pro Catholicis. De Script: S. auctoritate & numero librorum canonicorum V. T. vid. nuper habitam exercitationem D. Calixti.

§. 14. Pergunt Pontificij, uti Cösterus in Enchiridio p. 43. & C. Lindæus panoplias l. 1. c. 23. Pistorius in Wegweyser p. 32. Bellarm. de V. D. lib. 4. c. 4. & alij negare, ex Dei mandato verbum suum scriptis traditum esse, ut impetrent concurrentem auctoritatem suis traditionibus non scriptis. Concedimus aliquando Ecclesiam fuisse cum nondum esset scripturæ *κατὰ τὸ πνεῦμα*, non autem *ἀπό τῆς ἀρχῆς*. Nam tum temporis fieri id potuit, quia tunc Ecclesia paucarum familiarum, longævitate pollentium, scripto includebatur; Dein initio ipse Deus manu suâ tabulis decalogum insculpsit, & post Prophetis & Apostolis demandavit, ut eundem scriberent, quo puritas doctrinæ celestis propagaretur feliciter, & nostræ imbecillitati contra Diaboli insidias consulere rectius. Hypothesica itaq; fuit necessitas, non absoluta. Nam Deus non semper id facit, quod absolute poterat, sed quod maxime hominibus conveniens est: cujusmodi mandata divina legimus apud Esa. cap. XXX, 8. Pl. 102, 19. Apocal. c. I, 11. & c. 14. 3. Joh. 20. ult. Addo Augustinum lib. 1. de consens. Evang. cap. ult. Quicquid, scribit, de suis factis & dictis nos legere voluit, Christus, hoc scribendum illis tanquam suis manibus imperavit. Quod si autem Christus ipse hæc scripsit frustra mandatum ejus requiritur, & occasiones scribendi inculcantur. De hac quæst. elegantè Witaerius controvers. 1. quæst. 6. integro capite octavo.

§. 15. Et quidni Laici hæc scripturam legendo scrutari queant? ad exemplum Beroensium Act. 17. 11. cumq; indiscriminatim cunctis Pauli & Johannis Epistolæ inscriptæ sint, & Psalmo I. quisq; beatus censeatur, qui in lege Dei meditatur die ac nocte. Quare rectissime catechumenis in Canone 13. Concilij Aracensis quondam publicè licentia data, legendi sacras literas: & aliâs Laicos prisca patres ad scripturæ lectionem invitaverunt, suffragante Chrysof. in Genes Hom. 7. & Euseb. lib. VI. c. 15. pl. te docebit Horneius de interpt. Script. disp. 2. sect. 4. à th. 171. Valeant ergo contrariantes Bellarm. l. 2. de v. d. e. 15. Gordonus de v. d. controvers. l. c. 27. Cöster in Enchirid. p. 5. & sanctio Pij quarti, Sixti quinti & Clementis octavi Pontificum, qua regula quarta indicis librorum prohibitorum

Historum, exstat, sc. qui absq; facultate biblia legere & habere præsumpserit, nisi biblia prius Ordinario redditis, peccatorum absolutionem percipere non possit. Et hoc fit ideò, ut post siparium lateat Scena Romana, nec pateat orbi Christiano, quam fæda sit ejus facies, & quam dispar illi, quæ esse deberet secundùm Dei verbum,

§. 16. Porro scire debemus, in quâ linguâ in utroq; Testamento verbum Dei originaliter scriptum sit. V. T. in linguâ Hebræâ Judæis vernaculâ propositum esse (licet Daniel & Esdra quædam Chaldaica ex Regum Chaldæorum factis, & quibuscum tum agebant, insperferint, ut notat Junius) Novum Testamentum græcè, in lingua tum communissima (juxta Ciceronem pro Archia) stylo partim vulgari, partim Hebræo græco, Hellenistis Judæis usitato, scriptum est. Licet hæc sint certissima tamen negat Fr. Lambertus de Prophetia, c. 36. p. 128. Hebræum textum in V. & Græcum in Test: N. fontes dici debere,

§. 17. Et quomodo Concil. Tridentinum vulgatam latinam versionem pro authentica obrudere queat, nunquam video, qui ejus versionis, corruptelas plurimas novisse volet, adhibeat saltem Walterum in officio. Bibl. p. 317. Franzium de Interpret. Script. p. 26. Chamierum in pauperatratia, l. 14. de vulg. Editione latina, & alios. Et quomodo Hilarius proleg. in comment. Psalmi. p. 332. & in enarratione Psalmi secundi, LXX. autenticam rectè statuent? quam tamen aliquoties ipse ad Hebræum textum examinat, & Ludov. de Lacerda in adversariis sacris, plurimis capitibus ostendit, quomodo LXX. ab interprete in vertendo discedant, & ut aliter Patres, quàm hodie apud vulgatam legimus. allegent. Sed scimus, instrumentum publicum in eâ duntaxat linguâ esse autenticum, in quâ originalitèr scriptum ab eo, qui ejus scribendi potestatem & mandatum habet, quod ipsum non nisi de Hebræo in V. & græco in N. T. solum verum est. Linqumus quicquid Anastasii Bibliothecarius seculo IX. de latino textu originali Marci Evangelistæ. Hieronymus in Catalogo & alii de Hebræâ autentica Matthæi & Epistola ad Hebræos commemorant ac statuunt,

§. 18. Attamen non improbamus, sed potius commendamus eos, qui scripturam vertere, & in linguam cuilibet populo vernaculam transferre voluerunt, quod non saltem utile, sed & necessarium fuit Act. II. v. 4, 6, 11. Nehem. 8. 8. 9, 14, 18. ut ejus usus esset omnium Deut. 31. 17. Collos. 3, 16, à quibusvis & legi atq; intelligi possit I. Cor. 14, 9, 11, 19, 27.

§. 19. Hinc

S. 19] Hinc jam propè trecentis ante Christum annis, *Prolo-*
maeus Philadelphus per LXX. Judæos versionem Græcam adornavit, de
 quibus Interpretibus videatur *Aristæa libellus*, unus interpretum de existimatur,
Joseph. l. 12. antiquit. c. 2. qui Aristææ librum citat. *Clemens Alex-*
and. Strom. l. 1. Epiphanius lib. de ponderibus & mensurâ. Euseb. de præ-
par. Evang. l. 9. c. 1. August. de C. D. l. 18. c. 24. Cyrill Hierosolij Catech.
illum. 4. Nec sunt hujus loci, utrum in Pharo Alexandria proxima insu-
 la, singulis interpretibus peculiare cellula assignata fuerint, quod vult
Epiphanius. l. c. vel binis, unica tantum cellula, juxta *Justinum, & Irena-*
um qui ædicularum vestigia in Pharo reliqua vidisse commemorat. Vel
 utrum illas cellulas cum *Hieronymo* ridere velimus. Et quicquid hic non
 obscure *Josephus ac reliqui Judæi* sentiant, מן ספרים, s. 5. libros Moysi solam
 versos esse; Quamvis de tota Script: V. T. id pronuncient *Irenæus, Justi-*
nus, Eusebius & alij, juxta habemus. Quomodo autem *Hieronymus* anti-
 quam LXX. interpretationem corruptam conqueratur, patet ex ejus
præfat. in paralytom. & præf. ad Josuam. Post prodire versiones Græcæ,
 præcipuæ *Symmachi, Aquila Pontici, Theodotionis*, unde & ex aliis, seculo
 tertio sua *Tetrapla, Hexapla, & Octapla* confecit *Origines*, quod opus
 ille *καὶ ὅλην* vocat, cujus ideam sic habe.

Te tra pla	Aquila	Symmachus	LXX	Theodotion			
Hexa pla	Ebræ⁹ text⁹	Ebr. tex. græcis literis	Aqui la.	Symma chus	LXX.	Theodotion	
	Ebræis li teris.	Ebr. tex. græcis literis	Aqui la.	Symma chus	LXX	Theodo tion	
Octapla	Ebr. textus	Ebr. tex. græcis literis	Aqui la.	Symma chus	LXX	Theodo tion	V VI.

hanc rem nemo rectius *Epiphanio lib. de pond. & mensurâ* tradit. & ibi
 informari poteris, quid in hoc volumine Asterismus, Obelus, Lemni-
 scus & Hypolemniscus sibi velint.

S. 20. Quod attinet versiones Latinas, *Augustinus l. 2. de doct. Chri-*
stiana. c. 11. test. suo tempore innumeras fuisse latinas versiones. Et ho-
 diè ab eruditis teruntur variæ versiones, quarum (1) *Vulgata* à quibusdam
 Hieronymo tribuitur. Reliquæ superiori ævo, unâ cum instaurato lin-
 guarum studio & reformatione Papatus, prodire: uti (2) *Lugduni Anno*
1528. S. Pagninus Dominicanus sacrum textum latinè reddidit, cujus ge-
 nua

B

nui a verbo adhuc extat in Bibliis interliniaribus Bened. Ariæ Montan
 Hispanensis: nam Tigurini, ut latinior appareret, eam aliàs interpolant.
 vid. *Sixti Senensis Biblioth. lib. 4. lit. Sin. voce Sanctes Pagninus.* (3) Paulo
 post Anno 1534. quo Lutheri germanica versio prodijt, *Seb. Munsterus*
 V. Test. latinè vertit. (4) Deio *Isod. Clarus* Brixanus Benedictinus sumpsit
 sibi Vulgatam versionem corrigendam, cujus versio Veronæ excusa, sup-
 primitur à Pontificiis, quod authenticatam versionem emendare præ-
 sumpsisset, ut in Prologo ipse meminit. (5) Mox circūfertur sub nomine
 Vatabli versio *Léoni juda*, quæ autore Rob. Stephani publicata, de cu-
 jus & Genebrardi contentione in hoc negotio vid. *Thuanum hist. l. 36.*
& Possevinum in Appar. (6) Porro *Conr. Pelicanus* Rubea quensis Vulgatam
 mutavit & ad Hebræum textum sat bene emendavit, emendataq; prodijt
 in lucem Tiguri apud Froshoverianos Anno 1531. cum suis Notis, volu-
 minibus quinq; (7) Etiam *Seb. Castalia* versionem non adeò accuratam
 protrudit. (8) Superest *Emanuelis Tremellij* Ferrariensis versio, qui initio
 Profes. Heidelbergensis, Syriacum N. T. latinitate donavit, quam Tro-
 stius suæ editioni adjecit: Postea V. T. Hebræum transtulit, adjutus à Fr.
 Junio Bitur. prius Prof. Leidensi post Altorfino, vid. *hic Thuanum, hist.*
lib. 7. Tom. 3 & Tom. 5. l. 127. p. 840. Effet etiam aliquid dicendum de
Piscatori & aliorum versionibus latinis, & translationibus in vernacu-
 lum idioma, ut quondam fecit *Michael Adam*, de quo vid. *Sixt. Senensem*
Biblioth. l. 4 & ut tres vetustæ versiones Germanicæ, editæ Norbergæ
 Anno 1477. & 1483; tertia Augustæ Anno 1518 se habeant. Quidve de
Lutheri codice Biblico statuendum, juxta eundem tom. 5. Jen Germ-
 pag 141. b. Sed ad alia maturandum, sufficit nobis contra Pontificios id
 obtinuisse, Script. S. in diversis linguis posse & debuisse verti. & iis *Theo-*
doretum serm. 5. ad græc. infid. objicimus, qui scribit, hebraicos libros
 non modo in græcum idioma conversos esse, sed & in Romanam quoq;
 linguam, Ægyptiam, Persicam, Indicam, Armenicamq; & Scyticam atq;
 adeò Sauromaticam, semelq; ut dicam, in linguas omnes, quibus ad hanc
 diem nationes utuntur. Quicquid hujus sit. Forte ideo Pontificij non
 contendunt legendam S. scripturam in linguis orientalibus, quia major
 ipsorum pars cum Accursio dicit: Græca sunt, legi non possunt, uti
Chemnitius noster ait.

§ 21. Sed pergimus ad Scripturæ S. perfectionem, & existimus
 doctrinam fidei & morum, in illa vel expressè vel analogicè sufficientèr
 continere.

contineri, ut Traditionibus patrum, quatenus à scriptura discrepant, non opus habeam? quod luculenter probarunt nostrates (1) ex 2. Tim. 3, 14. & c. & ex Joh. XX. 31. c. V. 39. *August. l. 1. de conf. Evangelist. c. 35.* (2) cui nihil addi detrahivè debet, illud perfectum; Script. S. nihil addi detrahivè debet. Deut. 4, 2. Apoc. 22, 18. E. Contra hæc & similia loca, vix quidquam *Bellarmin. de verbo Dei non scripto l. 4. c. 10.* regerere potest. (3) Et si ea, quæ Johannes ultimus Apostolorum de factis & doctrina Christi scripsit, salutem fidelium sufficiunt, multo magis tota Script. At illa scripta sunt, ut fideles vitam æternam habeant Joh. 20, ult. E. (4) Quemadmodum itaq; olim nulla movebatur religionis controversia, de qua scriptura providens Gal. 3. non decisivam contineat sententiam, quis imperfectionis hæc elogia DEI arguet? (5) *Scotus in prolog. Lombard quest. a rector nobiscum* concludit, dum inquit. Patet quod scriptura sufficienter continet doctrinam necessariam viatori.

§ 22. Brevitatis causa, non omnia patrum testimonia huc citos, eadem satis diligentè notarunt *Witakerus contrav. l. 9. c. 17. Chamier. panstra. T. 1. l. 8. c. 10. D. Horneius in dissert. secunda. Theol. sect. 3. à §. 17. ad 119.* Et ut sciant Pontificios hic sibi metipsis in os contradicere, cito Magistrum Sententiarum. 3. sent. dist. 15. *Emanuelè à Saa de prim. num. 30. Cajetan. super. 2. Tim. 3. Bellarm. 4. de verb. Dei, c. 11. Cõsteri Enciridion. cap. de script. S. 66.*

§ 23. Perfecto nihil addi debet, quis ergo est usus Traditionum, non scriptarum, quæ & diversa & Scripturæ S. contraria, quandoq; in se continent? Hinc patet quàm inconcinne sub anathemate statutum sit, *Tridenti sess. 4. c. 1. die 8. mens. Aprilis. Anno 1546.* Traditiones patrietatis affectu cum sacra DEI scriptura suscipi debere. Et parum, illis juvat distinctio inter Traditiones divinas, Apostolicas & Ecclesiasticas. S. ratione Materiæ, ut quæ sint de fide, de moribus, quæ necessariae, quæ perpetuæ, quæ temporales & c. ut *Bellarmin. de V. D. l. 4. c. 2.*

§ 24. Sed si duplex hoc fundamentum Theologiæ ponendum, quid dicemus ad unicum fundamentum Prophetarum & Apostolorum, ad quod Sp. S. nos remittit? Eph. 2. 20. Et ubi quæso nobis in seculari ætate Christi, verè catholicum in omnibus fidei articulis consensus ostendent? Numne error Chiliastarum suffragiis Hieropolitani Papæ; Apollinaris in Asiâ; Irenæi in Galliâ; Severi Sulpitij in Aquitaniâ; Tertulliani & Lactantij in Africâ; Justinimartyris Romæ fulcius, pari pie-

tatis affectu cum Script. sacrâ suscipiendus? quid dicent ad differentes alias Traditiones, ut nempe de die Paschatos, Communione sub unâ & alia, ubi Ecclesia Orientalis ab Occidentali recessit: Quamvis talem dissensum *Leo Allatus in scripto suo, de Ecclesia Occidentali & Orientali perpetuâ consensione* agnoscere nolit. Mitto quid de figuratis animis separatis sentiat *Irenæus l. 1. c. 63. Tertullianus, Rebaptizationem suadendo de Baptis. adversus. Quint. c. 15. Origenes cum suis multis erroribus, apud Nicophorum. lib. 17, c. 27. Augustinus tenellos non baptizatos damnans & nimium Platonizans. Hoccine est Homericum illud μᾶλυ, quod fidem Christianam conservet, adversus hæreticorum incantamenta ut scribere non erubescit Lindanus lib. 2. Panoplia. c. 5. Si volunt Traditionibus suis tantum attribuere, quare E. non cum consensu & Traditione perpetua facit Concilium Tridentinam sess. 5. in append. decret. de Orig. Pecc. negans B. Virginem in peccato Originali esse conceptam, contra consensum Ecclesiæ, ut ostendit Canus l. 7. c. 1. Sed video Traditiones illas non obtinere, quæ Patribus longo tempore placuerunt, nisi & Pontificibus Romanis arrideant, quod & *Episc. Bitont. ex Epistola ad Roman. c. 14. Romæ pro concione dixit: Ego plus uni summo Pontifici credentem in his quæ fidei mysteria tangunt, quam mille Augustinis, Hieronymis, Gregorijs, ne dicam Richardis, Scotis, Guilielmis.**

§. 25. Perfecta quoq; est scriptura, quo ad libros ac librorum fragmenta. licet *Chrysostomus Homil 9, in Matt. & alibi* scribat. Ubi sunt 3000. Parabolarum & 5000. carminum Salomonis, quorum meminit cap. 4. tertij libri Regum? Ubi liber Prophetæ Natan & Gad; de quo cap. ult. lib. I. Chron? Ubi liber Ahizæ & Addo Prophetæ, de quibus 2. Chron c. 9. Ubi Epistola ad Laodicæos? Sed scimus hos libros inseri iis, qui Samuelis, Regum & Chronicorum alias nomine veniunt. Sunt enim hi libri Biblici à variis auctoribus variis temporibus editi, & postea per Esdram & viros Synagogæ magnæ dispositi, juxta ordinem temporum convenientem. vid. huc *Sixt. Senensem in Biblioth. S. l. 2. pag. 22. Genebrard. in Chronico Anno mundi 3066. pag. 103. & Rivetum in Cath. Orthod. Tract. 1 Q. 3. pag. 68. Assensum autem Chrysostomo præbent ejus Epitomator Theophilactus, & Isidorus de Offic. Eccles. l. 1. c. 12. Beda lib. 1. ad Ezram cap. 9. Raban de instit. Cleric. l. 2. c. 54. & Ali. Pighius, l. 1. c. 2. dicunt Scripturas V. Test: periisse cum arca foederis in incendio Babylonico: Catalogum Patrum qui idem sentiant suppeditat*

Rainol.

Rainoldus in lib. Apocryphos. prælect. 140. Tom. secundi pag. 187. & ex neoterico Guiljel. Witaerus controvers. 1. Quæst. 6, c. 9. & Musculus in Elencticis de Script. S. Nos autem veritati ad stipulamur, & negamus aliquid, quod in usum totius Ecclesiæ à Prophetis scriptum sit, bellorum injuria vel alio aliquo modo interitisse. (1) Nam Sp. S. accuratè enumerat in Excidio Hierosolymitano commissa 2. Reg. c. 25. 2. Par. 36, Jer. 52. & hujus mutilationis ne verbulo meminit: & libros omnes tum V. T. interitisse contrariatur investituræ Æichmalotarcharum, quam Buxtorff. in Grammat. tradit, cui inter alias ceremonias, à Rectoribus Scholarum Babylonicarum liber Pentateuchi legendus tradebatur.

§. 26. (2) Nec ratio dicitur; si saltem respiciant illum Qui scripturam dedit, puta potentem & bonum Deum. Sive illos, quibus data, sc. Judæis captivis nostris, qui profitentur totum mundum ruiturum in antiquum, si vel una vox in scriptura mutetur, quorum summam religionem circa libros scripturæ commendat Joseph: lib. 1. cont. Appionem & Euseb. lib. 8. Prepar. Evang. c. 2. Sive Cur data, nempe ut canon esset fidei & vitæ? an Canoni demum potest, quin desinat esse canon, nā mutilatus canon non est canon? Et (3) nescio quare Christus & Apostoli hunc defectum non notarint? ut Origenes teste Hieron. in cap. 6. Esaiæ, quærit. pl. arg. petantur ex Spanheimij dub. Evang. part. 2. dub. 89. p. 193.

§. 27. Disquiritur etiam inter nos & Romano Catholicos, de Script. Perspicuitate, quam merito verbo DEI revelato in esse putamus, ita ut homo fidelis ac renatus inde haud difficulter ea haurire possit, quæ ad salutem scitu erunt necessaria. Quod ipsum testatur Sp. S. de suo verbo Deut. 30. 11. Psal. 119. 105. 2. Pet. 1, 19. Et quidni Deus possit, imo velit clarè loqui, qui Scripturam scripsit, non ut saltem existeret, sed ut à nobis intelligeretur, & exinde vita æterna hauriretur Joh. 5. Res quæ tractantur, quamvis sublimes sint, loquitur tamen Scriptura de obscurissimis perspicuè, de sublimibus demissè, de difficilibus faciliè, de occultis aperte (2) τὸ ὄν Scriptura in mysteriis perspicuè proponit, τὸ δῶν, hoc si non declarat, nec scitu ad salutem est necessarium. (3) Obscuritas consideratur vel ratione partis alicujus, ut Petrus 2. Epistola c. 3. 16. de Pauli Epist. partibus id ait, vel ratione totius corporis Biblici, hoc negamus illud concedimus cum nostro Lutero in præfat. ad Psalmos, ad Frid. Ducem Sax. hinc & prisce Hebræi, ut testatur Origines comment. in

Cantic. Canticorum. ante annum sacerdotalem, arcebant juniores à le-
 ctione initij Geneseos, principij & finis Ezechielis ac Cantici Cantico-
 rum. (4.) Quod huic clarum id aliis obscurum, idq; vel ob ingenij tar-
 ditatem, vel judicij hebetudinem, vel linguarum ignorantiam, vel mi-
 norem mensuram fidei, vel ætatis lubricitatem, vel opinionem præ-
 conceptam. Et ita aliud est, scripturam in se esse claram, & aliud huic
 vel illi claram esse, & ita claritatis respectus vel est absolutus vel rela-
 tus: ut Vir aliquis doctus collegit. Nec hoc frustra, sed magnificè & salu-
 tariter Sp. S. scripturas sanctas modificavit, ut locis apertioribus fami
 occurreret, obscurioribus aurem fastidia detergeret, ut dixit *August. lib.*
2. de doct. Christ. c. 6. Nec possum hic silentio præterire effatum *Lud. de*
Dieu, qui comm. in 4. Evang. ad lect. scribit, interprete: Latinos, Syrum,
 Arabem, Æthiopicum, in rebus fidei sic satis consentire & perspicacissi-
 mè loqui. Valeant E. Papistæ cum calumnia obscuritatis, quam sacris
 literis inurere machinantur. Et *Eccius* qui Evangelium nigrum, &
 Theologiam atramentariam pronunciat. *Coloniensis cens. Andradio. p.*
117. totam scripturam, & *Huntlaw controvers. de V. D. c. 7. de V. T. He-*
bræo textu, in scripturâ nil nisi tenebras deprehendi.

§. 28. Schwenckfeldianis & Anabaptistis scripturam literatam mor-
 tuam & inefficacem pronunciantibus, objicimus varia scriptoræ lo-
 ca. Rom. X, 17. ubi ex verbi Dei auditu fidem concipimus. Hebr. IV, 12.
 Est sermo vivus & effitax, quovis ancipiti gladio penetrabilior; nemo
 enim negat scripturam esse sermonem DEI. Distinguant E. inter æter-
 num & coessentialia DEI verbum, ac verbum illud, quod à DEO prola-
 tum, manifestatum, in literas redactum. Adde *Lactantium* instit. l. 3,
 c. 2. Dei præcepta, quia & simplicia & vera sunt, quantum valeant in
 animis hominum, quotidiana experimenta demonstrant. Da mihi vir-
 rum qui sit iracundus, effrenatus, paucissimis DEI verbis, tam placi-
 dum, quam ovem reddam. Da cupidum, avarum, tenacem, jam tibi cum
 liberalem dabo. pl. huc spectantia suppeditabit *D. Wiuckelm. in disp.*
Giff. T. 2. disp. 7. Et Pontificij hic cum Enthusiastis conveniunt, & pa-
 rum ab Anabaptistis distant: tantum controversunt, quorum sit ver-
 bum non scriptum, seu penes quos inveniatur, an penes Ecclesiam re-
 præsentativam tantum; an penes quosvis etiam Idiotas. vid. disp. secun-
 dam *Cloppesh. in synagm. Theolog. de Canone Theologiae.*

§. 29. Re-

§. 29. Restat ut agamus de sacrarum literarum Interpretatione, quò genuinus sensus ex scriptura deducatur, non verò erroneus introducatur. Rationem hanc, cognoscendi sermonem DEI, multis regulis circumscribere, *Hyperius de Theologo; Matth. Flacius part. 2. Clav. Scriptura; & Giffenses. Tom. 5 primis tribus diffut.* Nam qui scripturam, aliter intelligit, quam sensus Sp. Sancti efflagitat, hæreticus appellari potest, juxta *Hieron. in cap. ad Galat.* Ut autem id fiat orientalium linguarum gnari esse debemus, nisi enim verba intelligamus in autentico textu, quomodo sensum inveniemus? quare *Augustinus*, (licet ipse non usq; adeo Hebraice doctus) in *lib. doct. Christian.* Theologiæ studiosos ad harum linguarum studium hortatur: Et *Concilium Viennense*, quamvis sub Papâ Clemente V. habitum, decrevit, ut ideo in omnibus Academicis essent Orientalium linguarum Professores. Et quam multos errores, hæc linguarum inscitia apud Patres pepererit, inter quos præter *Origenem & Hieronymum* pauci Hebræa sciverunt; Et quantum hic Scholastici errarint in rebus sacris, licet alias illorum judicio parum defuerit; notissimum est.

§. 30. Qui verò scripturæ contenta rite enucleare vult, à DEO prius sapientiam hanc efflagitabit precibus *Jacob. 1. 5.* Nam non *Elias* veniet ut solvat has difficultates, sed DEUS oculos mentemq; aperit. Et spiritus veritatis ducit nos in omnem veritatem *Joh. 16, 13. (2)* post notetur *Basilij monitum de Sp. S. c. 1.* interpretem debere sententiam in singulis vocibus & syllabis latentem perscrutari, non verò ut *Cabaliste* qui ex literarum apicibus mysteria exculpebant; nec ut *Origenes Phylonizans*, cui non artidebat regula, solum literalem sensum esse argumentativum (3) reperitur aliàs quoq; multiplex sensus, vel ut *Lyranus* in prologo *Biblior. carmine* hæc ita notat:

Literagesta docet; quid credas Allegoria

Moralis quid agas, quo tendas Anagogia.

(4.) Potrò *Hilarinus de Trinit. lib. 9.* notat, dictorum intelligentiam, aut ex præpositis, aut ex consequentibus expectari debere. quam etiam observationem *Hieron.* profert, *initio cap. 19 Esaiæ (5)* dein attendatur *Tempus*, quando hæc illave scripta; *Persona* colloquentes vel *Res* quæ tractatur, ac habet *Cyrillus in Job. lib. 8* aliàs enim nemo facile *Jobum* intelligeret; *Pauli Epistolas*, qui mox ad hos mitius, mox ad

illos

illos acius scribit &c: (6) Explicetur ergo Scriptura ex scriptura, non
ex nudis Patribus ac Philosophantium argutiis, ut pro dolor gradatim
id factum est, à seculo æræ Christi, V. ad tempora Reformationis Pa-
patus. Qui autem Scripturam non nisi in versionibus latinis legere pos-
sunt, ultimo attendant ad iudicium de interpretibus his *Sixti Senensis*
in Biblioth. S. lib. 3. ad fin.

Historiam Hebræis & Græcis fontibus haustam
Hieronymo discas duce.

Allegorias Anagogemq; recludent
Origenes, Ambrosius.

Exponunt sensus formandis moribus aptos
Chrysostomus, Gregorius.

In dubiis altisq; locis caligine mensis
Aurelius lucem feret.

At brevis & facilis, non est spernenda tyroni
Lyrensis expositio.

Corollaria.

I.
*Uerum Sacra Scriptura sit lubrica & flexibili? Negi con-
tra Papistas & Enthusiastas.*

II.
*An Pontifex Romanus quâ Pontifex sit generatis, legiti-
mus & Ordinarius, omnium controversiarum religionis iudex?
Negi.*

III.
*An Theologia, duplex possit admittere Principium, sive
Normam primariam & secundariam? dist.*

TANTUM.

—(o)—



Ad Dn. Respondentem.

TE delectari **TUTANDO** Codice sacro,
Edifferens testaberis.

Te delectari **NOSCENDO** Codice sacro,
Probabis omni indagine.

Te delectari **SERVANDO** Codice sacro,
Sanctis docebis moribus.

Cum gratulatione & voto

HERMANNUS Schuckmanus
Theol. D. & Prof. P.

I*psa Chelidonia pullis medicatur Hirundo
Garrula, quando illi lamina caca tenent:
Mentem eccatatam divini lectio verbi
Illustrare solet Flamme nixa sacro.
Hæc animo volvens rectè tibi sumis Amice
Dogmata præ reliquis sancta legenda libris.*

*Amicorum optimo & ex certis certissimo
l. m. q. app.*

Henricus Coch, Wismar,
Scri-


Scripturâ in toto nil est pretiosius orbe,
Cujus opes nemo sat penetrare potest.
Hæc Lydius lapis est, quo dogmata cuncta probantur,

Hæc Helice dubiis & Cynosura manet,
Dignè igitur Tu *Scripturam* scrutaris, & instas
Tollendo hæreticûm dogmata falsa virûm.
Proposito sit norma tuo *Scriptura* perennis,
Sic Tibi certa Salus hæc præeui... manet.

Pancis hie Amico ac Populari suo singulariter dilecto de Scripturâ sacrâ publicè disserturo, debisi amoris faustiq; omniun ergo applaudebas

Brandanus Eggebrecht,
W. M.





§ 29. Restat ut agamus de sacra
 quò genuinus sensus ex scriptura dedu-
 ducatur. Rationem hanc, cognoscendi
 circumscripturè, Hyperius de Theologo; i
 ptura; & Giffenses. Tom. 5 primis trib
 aliter intelligit, quàm sensus Sp. Sancti e-
 est, juxta Hieron. in cap. ad Galat. Ut a-
 rum gnari esse debentus, nisi enim verb
 tu, quomodo sensum inveniemus? qua
 usq; adeo Hebraice doctus) in lib. doct.
 ad harum linguarum studium hortatur.
 vis sub Papa Clemente V. habitum, de
 de miis essent Orientalium linguarum P
 riores, hæc linguarum inscitia apud Parr
 Origenem & Hieronymum pauci Hel
 hic Scholastici errarint in rebus sacris,
 defuerit; notissimum est.

§ 30. Qui veto scripturæ conten-
 prius sapientiam hanc efflagitabit pre-
 veniet ut solvat has difficultates, sed D
 Et spiritus veritatis ducit nos in omnem
 notetur Basilij monitum de Sp. S. c. 1. i
 in singulis vocibus & syllabis latentem
 lista qui ex literarum apicibus mysteria
 Phylonizans, cui non ardebat regula,
 argumentativum (3) reperitur aliàs qu
 ranus in prologo Biblior. carmine hæc it

Literagesta docet; quid cre
 Moralis quid agas, quo tend

(4.) Porro Hilarus de Trinis. lib. 9. no
 aut ex præpositis, aut ex consequenti
 iam observationem Hieron. profert, in
 datur Tempus, quando hæc illave scripta
 qua tractatur, ut habet Cyrillus in Job.
 Jobum intelligeret; Pauli Epistolas, qu

Interpretatione;
 è erroneus intro-
 I, multis regulis
 art. 2. Clav. Scri-
 qui scripturam
 tus appellari pot-
 entialium lingua-
 in autentico tex-
 (licet ipse non
 ologiæ studiosos
 riennense, quam
 in omnibus Aca-
 quam multos er-
 er quos præter-
 Et quantum
 m iudicio parum

è vult, à DEO
 Nam non Elias
 entemq; aperit
 16, 13. (2) post
 ere sententiam,
 on verò ut Caba-
 nec ut Origenes
 m sensum esse
 sensus, vel in Ly-

intelligentiam;
 ebere. quam et
 (5) dein atten-
 quentes vel Res
 n nemo facile
 mitius, mox ad
 illos

